

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Ambrosii Calepini Dictionarivm Vndecim Lingvarvm

Calepino, Ambrogio

Basileae, 1616

X ante E

[urn:nbn:de:bsz:31-107476](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-107476)

Minerva Apollinem eum, cuius in tota Athenas antiqui historici esse voluerunt. Secundus in Nilo natus Opat, ut Aegyptii appellant, quoniam eundem esse Aegypti voluerunt. Tertius est tertio Iove & Iunone, qui Lemni fabrica traditur profuisse. Quartus Menalio natus, qui tenuit insulas prope Siciliam, quae Vulcaniae nominabantur. & Ponitur non raro pro ipso igni, quemadmodum Ceres pro ipsis frugibus. Hinc est illud apud Plautum in Amphit. Vulcanus in cornu portas: hoc est, ignem gestas in latera cornae. Virg. lib. 3. Aen. fuit immisit Vulcanus habenas, &c.

Vulcanalis, orum, plurali numeri, neutri generis. Festa Vulcani dedicata, & vulcanalis. Colum. lib. 11. cap. 4. Caeterum Augusto circa Vulcanalia, tertia facta est.

Vulcaniae, insulae septem Siciliae adjacentes, quae & Aeolicae dicitur, quod illas temporibus Aeolus in insulas putetur regnasse, & vulcaniae autem idcirco dicitur, quod rerum omnium natura sulphurea sit, ignem per intervalla, tanquam & fornacibus quibusdam evomens. Vide Plin. lib. 3. cap. 8. & 9, & Strab. lib. 6. Cicer. tamen lib. 3. de Natur. deor. a Vulcano rege, Menali filio nomen accepisse tradit, qui his insulis post Aeolum creditur imperasse. Nomina earum sunt Lipara, Strongyle, Didyme, Eucusa, Phoenicusa, & Eonymos.

Vulsini, sive Volsini Plinio, Volsinium Ptolemaeo. [Vulsini Germ. Ein Ort in Toscaner Landtschaft so vom strat gar selb verbumen seyn.] Hetruriae oppidum mediterraneum, olim locupletissimum, sed postea fulmine totum concrematum, ut refert Plin. lib. 2. cap. 52. Hodie Vulsinam vocant. Huius oppido adiacet lacus, qui ab eo Vulsinensis dicitur: cuius meminit Columel. lib. 8. cap. 16.

Vulturnum, Oppidum Campanorum est, a Vulturno fluvio, qui ipsum praeterfluit, dictum. Est autem Vulturnus, fluvius ille qui per Capuam fluit & circa Cumas in mare illabitur. Pomponius Mela lib. 2. Vulturnus annis, Vulturni oppidum. & Est & Vulturnum Hetruscorum oppidum, teste Livio lib. 4. ab Urbe.

Vulturnus, Ventus qui ab Oriente hyberno spirat, ut ait Plinius lib. 2. cap. 47. Dicitur a Vulturno volatu (ut quidam ajunt) quoniam aliter refonat. [Gall. Ost. Ital. Ostem. Germ. Ein auf den Ostwinden) wähet (sister von des Windes) Anstang her. Fland. 3. Polon. Wiatry wshoda. Vngar. Napjamsdati. Ang. The north east wind.] Hoc nomine etiam dicitur est fluvius, ut in dictione praecedente diximus: cuius etiam meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

Vxama, Oppidum Hispaniae citerioris in tractu Arevacorum: ut scribit Plin. lib. 3. cap. 3. Ptolemaeo Vaxama, & & appellatur lib. 2. cap. 6.

Vxella, Insulae Britanniae urbs, in tractu Demoniurum: ut scribit Ptol. lib. 2. cap. 3.

Vzita, & Vzma, Verba Africae proprie dicta, sub Adramento sita, juxta quam Caesar vicem Scipionem. Vide Strabonem lib. 13, & Ptolemaeum lib. 4. cap. 3.



Xanthia, huius Xanthiae, & Xanthiae, Nympha marina, Oceani & Tethyos filia, a rufo, sive flavo colore dicta. Hesiodus in Theogonia: Πανμίχρη & Ιασηγή, ἡ ἑστὶν ἡ Χανθία. & Xanthie ite appellata fuit Asiae regio, quae postea dicta fuit Troas: ut autor est Steph. in dictione TROAS.

Xanthi, Thraciae populi, apud Stephanum, & Strabonem libro 13.

Xanthides, Vnus ex iis ducibus, qui reliquias exercitus Cyri minoris, una cum Xenophonte domum reducere suscepit. Hic postea, quod minus viginti ex publica pecunia suppressisset, damnatus est reperendiarum. Autor Xenophon in Anabasi lib. 3.

Xanthicus, Aprilis mensis Hebraeorum lingua appellatus est.

Xanthi, Liciae populi, quorum urbem, Xanthum nunc, quem Harpagus Cyri praefectus obsideret, illi uxores, liberosque, caeteraque, quae charissima habebant, in arcem coegerunt, igneque subjecto cremaverunt: deinde adversus hostes eruptione facta, strenue pugnantes, ad unum omnes interiit. Autor Herodorus libro 1. & Xanthii praeterea populi fuerunt Scythiae, ex genere Daatum, ultra Maeotum incolentes, quos idem & Paris dicitur. Autor Strabo lib. 11.

Xanthius, Boeotus quidam fuit, singulari corporis robore, qui exortis inter Athenienses & Boeotos de Celasium agro controversa, Thymaem Atheniensium regem

ad singulare praelium evocavit: cuius vicem excipiens Melanthus quidam Messenius, a Dionysio (ut volunt) adjutus, illum superavit. Ferunt enim Melantho vitum fuisse, quod Xanthium quidam a tergo sequeretur, nigra pelle caprina indutus. Quo nomine quum illum accusaret, quod altero comitatus in praelium descendisset, admiratus Xanthius, quidnam accidisset, quisveis esset, qui a tergo sequeretur, quum respicere conaretur, corpus hosti aversum, nudumque praebuit: quae occasione usus Melanthus, incautum gladio trajecit. Autor Suidas.

Xanthippe, [Xanthippe German. Das häßliche Weib Sokrates.] Nomen uxoris Socratis philosophi, supra modum morosa, & jurgiosa: cuius tamen morositatem Socrates mira patientia toleravit: rogatusque ab Alcibiade, cur mulierem tam molestem domo non exigeret? Quoniam, (inquirit) dum domi talem perpetuas, insulco & exerceor ut caeterorum quoque fortis petulantiam, injuriamque facilius feram. Haec Gellius libro 7. capite 17. Vide plura in dictione SOCRATES.

Xanthippus, Lacedaemonius quidam fuit rei militaris peritissimus: qui a Carthaginensibus excitus, exercitusque praeposuit, Attolum Regulum Consulem in Africa bellum gerentem, insidiis circumventum vivam cepit.

Xantho, Vna ex Nymphis, Oceani & Tethyos filia. Virgilius libro 2. Georgic. Drymoque, Xanthoque, Ligeaque, Philodocque. Hesiodus in Theogonia Xanthem appellat.

Xanthus, Fluvius Troadis, idem cum Scamandro: ita dicitur, teste Aristotele, de Historia animalium libro tertio, quod ovium vellera rufo inficit colore: & Graeci enim Graeci dicunt, quod nos rufum aut flavum. Virgilius libro primo Aeneidos: Ardentesque averte equos in castra, priusquam Fabula gustassent Trojae, Xanthumque bibissent. Idem libro quarto Aeneidos: Quale ubi hybernam Lyciam Xanthique fluentis Deserit, ac Delum maternam invisit Apollo. & Xanthus, antiquus rerum Lydarum scriptor: Lydus, an Sardinus fuerit, Strabo se dicit incertum habere: Suidas Lydum eum dicit a Sardibus civitate fuisse, scripsisseque Historiam Lydorum libris quatuor. & Xanthus alter Poeta Melicus commemoratur ab Aeliano. & Est item Xanthus Lyciae fluvius duobus fontibus a Cadmo monte nascens, & non procul a nominis sui urbe in Lycium mare se exonerans. Hoc praeterea nomine fuit unus ex equis Hectoris, cuius meminit Homerus lib. 23. Iliad.

Xantus, locus Macedoniae, a Xantō quodam: incolae Xantii, Stephan.

Xenarchus, Comicus Poeta, cuius abulas commemorat Athenaeus libro 2. Dipsosophilorum. & Xenarchus alter a Seleucia Cilicis, Peripateticus, docuit Alexandriae primum, deinde Romae: Atque philosophi, deinde Caesaris Augusti utriusque amicitia, usque in senectutem in honore habitus. Denique paulo ante mortem vasa orbata dicit obiit. Strabo libro 14.

Xenephyris, Vicus Libyae, prope Alexandriam. Genit. Xenephyris, Steph.

Xenon, Balnea Romae fuerunt, ab hospitalitate (ut videtur) ita dicta: nam Graecis idem est quod hospitalis. Harum meminit Cicero pro M. Caelio: Sed ut venenum (inquirit) quum a Licinio traderetur, manifestum comprehendere posset, constitui locum iussit balneas Xenias, ut eo mitteret amicos, qui delitescerent: deinde repente, quum venisset Licinius, venenum traderet, profugerent, hominumque comprehenderent.

Xenon, Iovis cognomentum apud Graecos, teste Dionysio, quem Latini, verbo ex verbo expresso, hospitalium vocant. De hoc intelligendum est illud Virgilius. Aeneid. Iuppiter, hospitibus nam te dare iura loquuntur.

Xenocles, Orator clarissimus, patria Adramyctenus, qui Mithridatici belli tempore accusatus: quod in regem propentior fuisset, causam non modo suam, sed & totius Asiae magno cum laude in Senatu egit. Autor Strabo libro 13.

Xenocrates, penultima correpta. [German. Ein Philosoph von Chalcedonia, ein junger Platon, welcher etwas gemachen vnd vnter fertigen verstandes gewesin ist.] Nomen philosophi Chalcedonijsi, auditoris Platonis, qui in Academia Speusippo successit, & viginti quinque annis docuit. Fuit tardus ingenio, adeo ut quum illum Plato Aristoteli compararet, alterum hinc, alterum calcantibus indigere diceret. Hic philosophum severissimum fectur extitisse, & adversus omnem voluptatum titillationem prius invidus. Cuius rei abunde magnum illud praebuit argumentum, quod Phrygen formosissimam esse metatem, a discipulis in lectulum suum submissam &

sefe ad concubitu modis omnibus sollicitantem, intactam tamen dimiserit. Vnde & Phrynen ipsam postmodum rogantibus iis qui illam submiserant, dixisse ferunt: Cum statua sefe, non cum homine cubuisse. Gravitate vero eius & fidei tantum tribuerunt Athenienses, ut quum injurati nullius testimonium admitterent, huic soli injurato crederent. Missus ad Philippum legatur, quum collegas humaniter accipi videret, muneribus ornari, convivis adhiberi: sefe autem qui legationis ejus princeps erat, vix in conspectum admitti, quod Macedonum rebus semper esset adversatus: conversus ad socios Xenocrates, beneficium accipere dixit, quod sefe unum Philippus suus in Athenienses ingratitude & perfidia testem videretur. Alexandri quoque munera fortissimè animo contempsit: regibus, inquit, non philosophis opus esse pecunia. Obiit secundo & octogesimo ætatis suæ anno, quum noctu forte in sartagine offendisset. Autores Laërtius & Suidas. Xenocrates alter philosophus, modestia nihil superiore inferior, scripsit *de ætate*: id est, domesticum auspiciu, quum scilicet, aut mustela, aut serpens, aut his similia in domo apparent, quid portendere soleant. Suidas.

Xenodochus, Claudianus quidam, ad quem Alexander conversus verba facit apud Plut. in Alexandro.

Xenodorus, statuarius, scientia fingendi, cælandique nulli veterum postponendus, cujus meminit Plinius libro trigesimo quarto, capite 7.

Xenodorus, *ἱστοριογράφος*, fuit historicus, patria Troezenus.

Xenon, *ἑσπερίων*, Pictor Sicyonius, Neoclis discipulus: cujus meminit Plin. lib. 35. cap. 11.

Xenophanes, penultima correpta, *ἑσπερίων*, Philosophus Colophonius, Dexii, sive (ut Apollodorus mavult) Orthomenis filius, Archelai auditor, qui contra Homerum & Hesiodum elegias scripsit & lambos, irridens ea quæ de diis sunt commenta. Dei substantiam rotundam esse sensit, nihilque cum hominibus habere commune, totum cernere, totumque audire, unum esse omnia, mentem, prudentiam, æternitatem. Autor Laërtius. Eiusdem meminit & Cicero quarta Academica: Xenophanes (inquit) paulo etiam antiquior, unum esse omnia tradit, neque id esse mutabile, & id esse Deum. Fuit & alter Xenophanes ex Lesbos insula, Poëta Iambicus, ut refert idem Laërtius.

Xenophilus, penult. corr. *ἑσπερίων*, Nomen Musici Chalcedensis, philosophi Pythagorice quo Valerius Maximus, Bionto minor quam Gorgias, qui centum & quinque vixit annos. Xenophilus Chalcedensis Pythagoricus fuit, sed felicitate non inferior: siquidem (ut ait Aristoxenus Musicus) omnis incommodi humani expertus, in summo perfectissimæ doctrinæ splendore extinctus est. Eundem & Plinius inter rara felicitatis exempla commemorat, lib. 7. cap. 50: Pro miraculo (inquit) id solitariu reperitur exemplum. Xenophilum Musicum centum & quinque annis vixisse sine ullo corporis incommodo.

Xenophon, *ἑσπερίων*, Nomen philosophi, & ducis insignis Atheniensis, qui Socratis discipulus, & Platonis æmulus fuit, speciosus, moratus, & omnibus gratus: tanta verò eloquentia, ut musa Attica à nonnullis fuerit appellatus. Insinuatus in Cyri minoris amicitiam, cum eo militavit: eoque in acie exiit, exercitus reliquias ex ultimis Babylonis finibus per aspera, & difficillima itinera, incolumem in patriam reduxit. Scripsit Cyri majoris Pædian, non tam historice serviens veritati (ut inquit Cic. libro 2. de Orat.) quam ut absolutum institueret ducem. Præterea Cyri minoris expeditionem adversus Artaxerxem fratrem: De rebus Græcorum libros sex: Symposium Oeconomicum, à Cicero, teste Columella, Latinitate donatum. Ad hæc de re equestri, de venatione, Socratis Apologiam: aliaque nonnulla quæ etiam hodie omnium manibus teruntur. Tres alii præter hunc Xenophontes commemorantur à Suida: quorum primus Antiochenus fuit, qui Amatoria quædam scripsit, quæ Babylonica appellavit. Alter Ephesius, qui & ipse Amatoriarum narrationum libros decem scripsit, quæ Ephesiaca nominavit. Tertius Cyprius, qui & ipse Amatoria quædam edidit de Cynira, Myrtha, & Adonide: quæ Cypriaca nominavit. Laërtius septem commemorat Xenophontes: quorum nomina & scripta vide apud ipsam.

Xeræ, *ἑσπερίων*, Vrbis prope Herculis columnas: ut ex Theopompi sententia refert Steph.

Xerolibyæ, *ἑσπερίων*, Libya sicca: hoc est, pars Libyæ interior, propter aquarum inopiam deserta: quam Virgil. lib. 4. Aen. vocat regionem siti desertam.

Xeroliphus, *ἑσπερίων*, Tumulus fuit Constantinopoli, cochlearum, & Dianæ columnam strudilem, & tripodem habens, in quibus Epigrammata solebant inscribi. Quæ voce utitur Iustinianus C. de publicis judic. etiam Alcibiades vocæ

adulterinam esse putaverit. Meminit hujus tumuli Suidas & Priscianus, qui lib. 1. de accidentibus literæ, Epigrammata quædam se legisse testatur Byzantii in Xeroliphis, in vetustissimo tumulo inscripta.

Xerxēs, *ἑσπερίων*, Minoris Armeniæ regio: ita dicta à Xerxe, quemadmodum à Cambyse Cambysene. Autores Stephanus & Strab. lib. 11.

Xerxes, *ἑσπερίων*, German. Ein Sohn Darius, umb ein gewaltiger König in Persia so mit sbezechem mat handert tausent Mannen in ein Jahr wider die Griechen angesetzt. Persarum rex fuit, filius Darii, & Cyri ex Atosa filia nepos, qui centum septuaginta hominum myriadibus: hoc est, decies septies centenis millibus per totum quinquennium contractis, Græciæ bellum intulit. Quam tantam hominum turbam quum ex editiore specula aspexisset, teneriter fertur lachrymasse, quod post centum annos ex tanto hominum numero nemo esset superstiturus. Tantum autem habuit navium apparatus, ut totum Hellepontum operiret, & Asiam Europæ ponte conjungeret. Athos præterea montem, teste Plinio, libro 4. capite 10, à continente abscidit. Victus demum apud Thermopylas à quatuor hominum millibus, navale quoque certamen cum Themistocle tentavit: à quo similiter apud Salaminem superatus, quum antea tota maria classe sterneret, vix parvula cymba effugit, relicto Mardonio Præfecto, qui & ipse rein Bœotia infeliciter gesta cum paucissimis in Persidem se recepit. Demum quum se otio, fœcordiæque, relicta milita tradidisset, præmium genus luxuriæ novum invenientibus proposuit, ut scribit Valerius. Quamobrem à suis spreus paucis post annis ab Artabano præfecto suo in regia interficitur, quum regnasset annis octo. Vide hæc latius apud Justinum Trogi abbreviatorem. Xerxes alter, pictor Heraclæota Venerem ad eod pulchram pinxit, ut ex ea quædam magnum faceret, pretio accepto ab his, qui eam videre cupiebant. Itaque Græci lepido cavillo Venerem amicum Xerxes vocabant, quod ex ejus lenocinio quantum faceret. Autor Aelianus de varia histotia.

X ante I. Xilia, *ἑσπερίων*, Libyæ urbs, ut ex Alexandro annotavit Stephanus: cujus incolæ dicuntur Xiliaræ.

Ximene, pen. prod. *ἑσπερίων*, Ponti regio, salis fossilis habens todinas: unde & Halys fluvius, qui ex ea oritur, nomen accepisse existimatus. Autor Strabo lib. 12.

Xiphonia, *ἑσπερίων*, Sicilia oppidum, non procul à Tauromino in promontorio situm: ut ex Theopompi sententia docet Stephanus, & Strabo lib. 6.

X ante O. Xoes, *ἑσπερίων*, Stephano, insula est in mediterranea Aegypti, supra Sebenniticum & Pharniticum ostium, oppidum habens ejusdem nominis. Autores Stephanus & Strabo lib. 17. Hinc Xoitæ nomos: hoc est, ex Xoitica præfectura, apud Plinium lib. 5. cap. 9.

X ante V. Xuchæ, *ἑσπερίων*, Libyæ oppidum, ut ex Artemidori Epitome annotavit Stephanus: cujus incolæ appellantur Xuchitæ.

Xuthia, *ἑσπερίων*, Sicilia oppidum, ut ex Philisti sententia tradit Stephanus: Gentile Xuthiatæ.

Xuthus, *ἑσπερίων*, Hellenis filius, & gener Erechthei, qui in Terrapoli Atticæ: hoc est, Oenoma, Marathonem, Probalinthum, & Trioconium colonos deduxit. Autor Strabo lib. 4.

X ante Y. Xylenepolis, *ἑσπερίων*, Vrbis in Confinio Cariz, & Indiz, ab Alexandro condita: ut post Onesicritum refert Plin. lib. 6. cap. 23.

Xylina, *ἑσπερίων*, Cappadociæ oppidum, inter Arcadiz, & Cissæ fluviorum ostia situm. Autor Ptol. lib. 5. cap. 6.

Xylos, *ἑσπερίων*, Vrbis Cariz, Vnde Xyllus vel Xyleus, Steph.

Xynthia, *ἑσπερίων*, Thesaliæ oppidum, apud Polybium lib. 9. à quo vicina palus Xynias appellatur, quæ alio nomine Bæquidem vocant, Stephan.

Xypethe, *ἑσπερίων*, vicus in tribu Cæcrotide. Tribulis Xypeteon, Stephan.

Xystis, *ἑσπερίων*, urbs Cariz: à qua Xystiani dicti sunt populi hæretici Apamiz, ut scribit Plin. lib. 29. cap. 5.

Z Abida, *ἑσπερίων*, Vicus in Arabia mediterranea, ut ex Yranio annotavit Stephan.

Zabii, *ἑσπερίων*, Populi Indici, qui cum Detiade contra Dionysium pugnâverunt, Steph.

Zacharias, *ἑσπερίων*, Magus Babylonius, qui de gemmarum viribus scripsit ad Mithydatem Ponti regem. Autor Plin. lib. 37. cap. 10.

Zacanthæi, *ἑσπερίων*, Zacynthiorum coloni, teste Polybio, Erytnei